



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epitome In Qvatvor Lib. Sententiarvm M. Petri Lombardi

Spina, Claudius de

Parisiis, 1551

34. de causa materiali matrimonij, scilicet personarum legitima
coniunctione.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38840

mīsum est autem regi plures habere, sed nō multiplicare. Sed lege Christi reducta est lex nuptiarum ad priorem honestiorēque institutionem, ut vnus vni, in figura Christi & Ecclesiæ, coniungatur.

DE PERSONIS LEGITIMIS.

DISTINCT. Trigesimæ quartæ
CAP. Primum.

De matrimonio sec.
causam materiam.

Inter legitimas personas matrimonium fieri debet.

Personæ legitimæ.

Legitimæ iudicantur personæ sec. statuta patrum, quæ diuersa sunt. Aliæ nanque fuerunt legitimæ ante legem, aliæ sub lege, aliæ in tempore gratiæ. Item in primitiua Ecclesia quædam erant legitimæ, quæ modo non sunt. Earum verò quæ modo legitime sunt vel illegitimæ, quædam sunt plenè legitimæ, quædam omnino illegitimæ, quædam mediæ. Plenè legitimæ sunt, quibus non obuiat votum continentie, vel ordo sacer, vel cognatio, vel dispar cultus, vel conditio, vel naturæ frigiditas, & si quid est aliud. Penitus verò illegitimæ sunt per votum, per ordinem, per cognationem, per disparem cultum. Mediæ verò sunt, nec plenè legitimæ, nec omnino illegitimæ, per

33. q. 1.
c. quod
autem.

33. q. 3.
c. si per
fortia-
rias.

frigiditatem, per conditionem. Si enim tales iunguntur ignoranter, commanere possunt, quibusdam accedentibus causis, & eisdem deficientibus diuidi.

CAP. Secundum. Frigidi & maleficiati separari possunt, etiam & commanere si volunt.

33. q. 1.
c. quod
autem.

33. q. 3
c. si per
fortia-
rias.

DE iis qui causa frigiditatis debitum reddere non possunt, consulit Grego. vt permaneant. Sed si mulier causatur dicens, volo esse mater, & filios procreare, decreuit vt vterque eorum septima manu propinquorum iuret quod nunquam carnaliter conuenerint. & tunc mulier secundas nuptias contrahat. De maleficij impedimento hoc tenendum decernitur, quod si per sortiarias & maleficas concubitus non sequitur, hortandi sunt quibus illa eueniunt, vt orationibus, ieiuniis, & Ecclesie exorcismis sanari procurent. Quod si non potuerint, separari valebunt.

2 205. b

CAP. Tertium. Furia aut amentia matrimonium contrahendum impedit, sed non dirimit contra-
Etum.

NN iij

FAbianus: Neque furiosus, neque fu-
 riosa matrimonium contrahere pos-
 sunt: sed si contractum fuerit, non se-
 parentur. Idem ait Nicolaus papa.

32. q. 7

neque

fur. ibi.

c. qui

matri-

monio,

C A P. Quartum. Concubitus cum
 sorore vxoris impedit matrimo-
 nium contrahendum.

Dicunt canones, Qui dormierit cum
 duabus sororibus, & vna ex illis antè
 fuerit vxor, neutram ex ipsis habeat,
 nec ipsi adulteri vnquam coniugio copu-
 lentur. Item nec propriæ vxori licet sibi red-
 dere debitum: quam sibi reddidit illicitam,
 sororem eius cognoscendo. nec post mor-
 tem vxoris licet ei vel adulteræ copulari in
 coniugium.

ex au-

re. cōc.

vbi si-

præc.

qui dor-

mierit.

C A P. Quintum. Nulla defor-
 mitate vel macula corporali
 dissoluitur matrimonium.

August. Si vxorem quis habeat sterilem,
 siue deformem corpore, vel debilem
 membris, vel cæcam, vel claudam,
 vel surdam, vel si quid aliud, siue morbis,
 siue laboribus confectam, & quicquid, ex-
 cepta fornicatione, excogitari potest vehe-
 menter horribile, pro societate fideque
 sustineat.

lib. de

serm.

dom.

in mō-

te.

32.

chri-

na.

32.

par-

esse

Ro